

scandalosum & perturbatorem fidei Christianæ, & aliàs talem, q̄ merito debeat sus-  
 pendì ab administratìone bonorum ecclesiasticorū spiritualium & tpalium: & illa res  
 tulit cum suppuratione & correptione suorū collegarū. Subsequenter ascendebat in  
 altum reuerendus pater dñs episcopus Dolensis unus ex collegis ipsius dñi cardinalis,  
 & retulit similiter sic ipse dñs cardinalis referebat, & subsequenter ceteri colle-  
 gæ oīm nationum ibidem congregati, dixerunt relationē sic esse put facta erat. Quia  
 b̄ relationibus sic factis, magister Henricus de Piro promotor petijt p̄ dños deputa-  
 tos ad hoc, pronuciari dictum dñm loānem papam suspendendū fore ab administra-  
 tione papatus & rerū ac iurium Romanæ & uniuersalis ecclesiæ tam in sp̄tialibus q̄  
 in tpalibus, sibiq; interdicti eorundem administrationem. Et mandari uniuersis & sin-  
 gulis Christianis fidelibus, q̄ de cetero nō obediānt eidem, neq; q̄cūq; administrēt quod  
 p̄tinet ad uniuersalem ecclesiam. Et fuit petitum p̄ eundem magistrum Henricum  
 promotorem, an sic placeat dñis, primo p̄sidenti, & deinde deputatis quatuor natio-  
 num. Et fuit responsum quod placet, p̄ dictum dominū p̄sidentem, uidelicet reuerē-  
 dissimum patrem dñm loānem episcopum Ostien. cardinalē Viuarieñ. deinde per  
 dominum loānem patriarcham Antiochenū pro natione Gallicana, Nicolaum archie-  
 piscopum Guezneñ. pro natione Germanica, Antoniū archiepiscopum Ragusi-  
 nen. pro natione Italica, & Robertū episcopum Saresbirien. pro natione Anglicana.  
 Quibus petitis, & responsonibus noīe nationum & concilij factis, auditis & intelli-  
 ctis, idem dominus loānes patriarcha de mandato concilij pronuciavit suspenden-  
 dū dominum loānem papam xxij. propter eius contumaciā ab administratìone ho-  
 noris ecclesiæ uniuersalis, tam in sp̄tialibus q̄ in tpalibus, prout & quemadmodū  
 in q̄dam papyri scheda, quam ibidem de uerbo ad uerbum publice lecta & intelli-  
 gibili uoce p̄legit, cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua scheda  
 lecta, surrexit dominus Guilielmus sancti Marci cardinalis, dicens q̄ in sententia cō-  
 tinetur, q̄ idem loān. papa propter hæresim suspendere a papatu & administratìo-  
 ne papali, sup̄ quo dixit testes nō deposuisse, neq; esset necessarium ad p̄sentē actum,  
 q̄ testes super hoc fuissent examinati. Sed tñ uellet se conformare dictis & assertio-  
 nibus maioris partis & aliorū dominorū de concilio. Subsequenter surrexit magister  
 Benedictus Gentiani de uniuersitate Parisensi, protestando quatenus si p̄ suspensio-  
 nem eius conferendi beneficia deuoluere ad platos siue locorū ordinarios, non cōsentiret,  
 cum istud deberet prouideri taliter, q̄ hoīes literati in ipsis possent uiuere uti  
 alij: & alias dixit, licet concludendo effectiue in modum p̄dictum. Et sic auditis istis  
 altercationibus uerbaliibus, sententiatum & conclusum fuit p̄ totam synodū, q̄ sen-  
 tentia suspensionis deberet habere effectū. Sed illa duo p̄dicta, uidelicet q̄ p̄ suspensio-  
 ne hmoi atq; sententiā non deuoluat collatio beneficiorū ad ordinarios, & q̄ articu-  
 lus de heresi tactus p̄ cardinalem sancti Marci, in deliberatione referretur ad alias sessio-  
 nes, & quousq; testes fuerint sup̄ notorietate examinati. Et sic placuit dño p̄sidenti,  
 deputatis iij. nationum, & similiter toti synodo. Super quibus petitionibus, protes-  
 tationibus &c. idem magister Henricus, dñs cardinalis, & Benedictus Gentiani, pe-  
 tuerunt sibi fieri noīe concilij & suo, p̄ reuerendos patres dominos Benedictū p̄po-  
 sitū Albæregalis, Iacobū Rodini de lanua, & Thomam Polcon p̄notariū & alios  
 notarios & tabelliones, unum uel plura, publicum seu publica, instrumentū seu in-  
 strumenta. Præsentibus ibidem illustribus principibus & magnificis uiris, dominis  
 Rompolo duce de Zagan, loāne Iacobo comite Aquæsanen. filio marchionis Mon-  
 tisferrati, Iohne comite de Friburg, Iohne Carolo de uicecomitibus de Mediolano,  
 dño Brunero de Scala de Verona, pincerna de Sina, magistro de Rhodis ordinis s̄c̄i  
 Iohannis Hierosolymitani, & q̄ plurium regū, Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Daciæ, Nor-  
 uegiæ, Sueciæ & Cypricæ ambasiatoribus, alijsq; Christianis fidelibus in numero copiosis.

Tenor uero dictæ sententiæ suspensionis papæ, de qua supra sit mentio,  
 sequitur & est talis,